Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

De lamiis et phitonicis mulieribus

Molitoris, Ulrich

[Reutlingen], nicht vor 10. Jan. 1489

Utrum pficiscantur ad convinia super baculum vel lupum equitando

urn:nbn:de:bsz:31-86531

Visual Library

intraret.ſeruatuſqȝ aſinus diu ab aqua.tandem in cautiorē nactus cuſtodiam in lacum proximum ſe piecit et ibi ſe diu volutans aſininam figuram perdidit.propriamqȝ recepit. Cunqȝ cuſtos eius ſciſſitaretur ab eodem obuio .ſi aſſinum vidiſſet·ille ſe eſſe dixit famulus ad dominum retulit dominus apoſtolicum leonem virum ſeculo ſanctiſſimum Conuicte anus idem fatentur Dubitantem papam confirmaui petrus Damianus vir erudiſſimus.producto exemplo de Simone mago qui fauſtianum videri fecit in figura Simonis Ecce ergo ꝙ Petrus Damianus vir et doctor magne auctoritatis apud papam concluſit hoc fieri potuiſſe Sigmundus Tantis hiſtorijs ⁊ auctoritatibus me impellis vt neſciam quorſum tandem me vertam Ulricus In fine latius ſequamur de hoc

Utrum pficiſcantur ad conuiuia
ſup baculū vel lupū equitando.

☞ Sigmundus Ulterius quero: vtrum ſuper baculū pinguedine quadam vnctū. aut ſuper lupum vel aliud animal poſſint tales mulieres maledicte equitare Et an dyabolus poſſet eas deferre de loco ad locum vt bibant et conuiuia celebrent. ſeqꝫ mutuo cognoſcant atqꝫ delectentur

☞ Ulricus Audienda eſt tua opinio benigne archedux ☞ Sigmundus Nouimus ꝙ dyabolus spiritꝰ eſt incorporalis qui non habet manus neqꝫ pedes. nec etiaꝫ alas. qui etiam non cōmenſuratur loco. quomodo igitur hominem qui corporeus eſt portare poſſet ☞ Cunradus forte ſpiritus ingrediuntur aliqua corpora et aſſumūt ſibi talia ad opus illud qđ facere volunt apta. atqꝫ tunc in illis corporibus efficiunt id quod volunt. Nam in ſacra ſcriptura legimus Daniel. vltimo. ꝙ angelus domini apprehēdit Abacuck in vertice eius et portauit eum in capillo capitis ſui. et poſuit eum in babilonem Ecce quāuis angeli ſpiritꝰ ſint. et non habeant manus neqꝫ pedes. tamē concludendū eſt ꝙ angelus corpus aſſumpſerit quo Abacuck capillis tenere et portare potuit Sic actuū apl'oꝝ. viij. legitur. ꝙ ſpiritus domini rapuit philippum. et inuentus eſt in azoto.

☞ Sigmundus Hoc in ſpiritibꝰ et angelis bonis poſſet concedi in quibus maior eſt poteſtas ☞ Ulricꝰ loquamur ergo de malis et ſic de dyabolo Naꝫ in legenda ſancti Jacobi legitur ꝙ dyabolus hermoginem conſtrinxit et ligatis manibus et pedibus eundem ad ſanctum Jacobū detulit ☞ Cunradus Referam autem ego ꝙ temporibꝰ noſtris quibus adhuc iuuenes et mutuo in ſcientijs humanitatis conſtudētes fuimus accidit. ante enim lapſum multoꝝ annoꝝ vidi ego in iudicio prouinciali ciuitatis Conſtantienſis duos mutuo ligantes vbi accuſator in forma iuris ſeni ſcribēs ꝯtra quendā ruſticū quē maleficū aſſeruit actōꝫ propoſuit. qūo idē ruſticus ſup lupū quendā eq̄tās obuiam accuſatori venerit. quo obuiāte ipſe accuſator ſbito ꝯtractꝰ ꝛ mēbrꝭ lāguidꝭ factꝰ fuerit. itaqꝫ rogāte eo maleficū vt ſanitatē

ſibi reſtitueret annuerit maleficus qui abiens rem aliquan/
tulum temporis tacitus continuit Uerum quia idem ruſti/
cus etiam alijs ſuo maleficio damna intuliſſe dicebatur .vñ
tandem accuſator eundem publice in figura iudicij accuſa/
uit Sigmundus Quid ad huiuſmodi accuſationem ru
ſticus rñdit ☞ Cunrad⁹ negauit ille ☞ Sigmũd⁹
ad torturã fuit ne poſitus ☞ Cunrad⁹ Nõ Sigmũ/
dus Quomodo igitur conuinci potuit ☞ Cunrad⁹ ꝑ
teſtes Sigmundus Quid depoſuerũt teſtes ☞ Cun/
radus Jpm talia facere ſciuiſſe ☞ Sigmũd⁹ Scire
nanqȝ reprehendi non poteſt cum iuxta Areſtotilẽ omẽs ho/
mines naturaliter ſcire deſiderãt ☞ Cunrad⁹ Subiun
xerunt nanqȝ teſtes eundem ruſticum non ſolum talia face/
re ſciuiſſe.ſed etiã feciſſe ☞ Sigmũd⁹ Quã nanqȝ cau
ſam dicti allegarunt teſtes Cunradus Aſſeruerunt per
eorundem iuramenta publice preſcita qđ ipe ruſticus male
ficus etiam ipos teſtes in corpore et rebus damnificauerit
Sigmundus Datus ne fuerat ipi accuſato orator ad de/
fendendũ ☞ Ulric⁹ At ego tali iudicio affui ⁊ illđ cũ
grauitate et maturitate fieri vidi.ipas etiam ꝑtes duos ma
gne eloquentie viros prelocutores habuiſſe memini Sig
mundus Qui nanqȝ hij fuerũt ☞ Ulric⁹ Cunradũ
quondam ſchatz pr̃em noſtri con diſputantes. ac Ulricum
quondam blarer noſtre ciuitatis pretores. viros rememora
tione dignos pro oratoribus habuerunt ☞ Sigmũdus
Noui illos et prudentes cenſui ☞ Cunradus Ordina
rio itaqȝ iudicio ex dictis teſtium ipſum accuſatum conui/
ctum condemnari condẽnatũqȝ concremari vidi ☞ Sig
mundus Queſtio iſte caliam etiam particulam cõtinet vi
delicet.ꝗ huiuſmodi mlʼieres quãdoqȝ conueniant. mutuo
qȝ confabulentur.et bibant et ſe inuicẽ agnoſcãt ☞ Cun
radus Sic fieri ſolere vulgus clamat.ipſeqȝ mulieres ta/
lia confitentur.et propinqua iudicia confeſſionis aſſignant
☞ Sigmundus Nõne ait canon in capi. epiſcopi.xxvi:

q.v.vbi textus. Jllud etiam non omittendum eſt ꝙ quedaꝫ
mulieres ſcelerate retro poſt ſathanam conuerſe demonum
illuſionibus.et fantaſmatibus ſeducte credunt ſe et profitē/
tur cum dyana nocturnis horis dea paganorum. et cum he/
rodiade.et innumera multitudine mulierum equitare ſuꝑ
quaſdam beſtias et multa terrarum ſpacia intempeſte noctiſ
ſilentio pertranſire eius iuſſionibus obedire. veluti domine
⁊ certis noctibus ad eius ſeruitium euocari Sed vtinam he
ſole in perfidia pijſſent et non multas ſecum ad infidelita/
tis interitum prouocaſſēt Naꝫ innumera multitudo hac fal
ſa opinione decepta vera hec eſſe creditꝰ.et credendo a recta
fide deuia et errore paganorum inuoluitur ☞ Cunradus
Si itaqꝫ iuxta verba canonis opinione decipiuntur. vnde
igitur prouenit .ꝙ ipſe mulieres ex alijs ciuitatibus homi/
nes noſcunt.quos etiam conuiuio interfuiſſe aſſerunt et in/
ditia cognitionis ſue oſtendunt.quos tamen prius nunquā
viderunt:neqꝫ in huiuſmodi ciuitatibus cum talibus prius
conuerſate fuerunt ☞ Vlricus Hāc inſtantiam et ſi vr
geri videatur tū prope finem huius tractatus exemplo ſan/
cti Germani ſoluemus ☞ Sigmuudus Querendum
inſuper fore exiſtimo

Vtrū dyabolus in forma hoīs
apparere et cū hmōi maledictis
mulieribꝰ incubādo poſſit ꝯmiſceri